



## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

17. Servat puerum à pestilentiâ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**

Sisterem hīc gradum , nisi me re-  
vocaret *Corduba* multō illustrius  
omnibus jam dictis prodigium  
denarratura. Cūm fœdissima ibi  
lues, ut suprā notatum est, imma-  
niter grassaretur, invasit forte de-  
cennem puerum; qui ad Medicum  
pestilentiaē arbitrum à patre ad-  
ductus , examinatusque, scriptum  
morbi sui testimonium accepit,  
quod publicum ei nosocomium  
aperiret. Sic autem loquebatur:

*Admittatur IOANNES puer decen-  
nis, quem contagiosa febris occupavit,  
& pestilens in altero inguine carbūculus.*

JOANNES FERNANDEZ DE ALFARO.

Acceptā hac schedā puer; Amabo  
te, inquit, pater, prius quām ad noso-  
comium ambulemus, sacrum mihi pa-  
niculum trade, & per eadem Augusti-  
nianam viam nostram institue, ut Di-  
vo me NICOLAO brevi oratione com-  
mendem. Satis puero facit bonus  
pater, & per D. Augustini, ad no-  
socomium deduxit omnino elan-  
guidum. Atverò ubi se deserit à pa-  
tre filiolus videt, sanctum NICO-  
LAYM voce lacrimante vehemen-

E 6

tiūs

17.  
Servat  
puerum à  
pestilea-  
tiā.

tius implorare cœpit. Intrò jam ducetus nosocomii Præfecto schedam Medici ostendit: ille inspicit, legitque (ô stupendum miraculum)

*Non admittatur IOANNES puer de cernis, quem nulla febris contagiosa cupat, nullus in altero inguine pestilens carbunculus.*

IOANNES FERNANDEZ DE ALVAM

Miratur Præfectus, & oculis suis pueri omnia membra examinat, nullumque reperit morbi vestigium. Remittitur ergo Ioannes; qui patrem ante urbis portam, quæ exierant, assequitur, sanusque integer lætum patrem comitatu-

Corollarium nobis urbs Hispaniæ Corduba dabit, non minus lepidum quam admirandum. Id habeo ex ore viri boni, qui oculis suis præsens spectator adstitit & mihi aliisque ex fide testatur est. Piscatores, hominum patientissimum genus, in Baeti fluvio, regioni nomen facit, & Cordubæ muros alluit, jactando retia suæ noctem perdiderant & bene magnam partem diei ejus, qui Nic-

18.  
Piscanti-  
bus pro-  
pitius est.